

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

Châteillon, Sébastien

Francofurti, 1761

VD18 12886300

Samvel.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18303

terna. *S.* Quid ais? in me ne, qui genus refero
ad Jeminem, ortus ex obscurissima familia Ben-
jamitarum, quæ tribus est minima Israelitarum.
Sam. Concedamus modo in hospitium: Deus
providebit cætera.

SENTENTIA.

*Deus opera sua inopinabilibus occasionibus ad
exitum perducit.*

SAMVEL. I Reg. 12.

ARGUMENTVM.

Samuel jam senex innocentiam suam, &
Dei in Israelitas beneficia commemorat: eo-
rumque peccatum reprehendit, qui Regem
sibi depoposcerint: & impetrato divinitus
tonitru, eos ad obedientiam cohortatus.

Samuel, Israelitæ.

En ego vobis in omnibus obsequiutus, Regem
creavi, deinceps jam vobis præfuturum. Nam
me quidem jam senem esse, indicio est canicies.
Mei liberi inter vos degunt, & ego vobis jam ab
inaunte ætate præfui. ^{a)} Hic adsum, respondete
mihi coram ejus uncto: si cuius bovem aut as-
num sustuli: si cui injurius, aut violentus fui: si
a quoquin præmium accepi, ut in ejus culpa
conniverem, paratus sum vobis reddere. *I.* Ne-
que injurius in nos, aut importunus fuisti, neque
quic-

^{a)} Innocentiam suam ideo commemorare videtur, ut
ostendat, eos causam justam non habuisse, cur alium
governatorem postularent.



quicquam ab ullo accepisti. *S.* Testis est hodie apud vos, & Jova, & Jovæ unctus, nihil habere vos, quod me accusetis. *I.* Plane. *S.* Adeste igitur: placet vobiscum disputare, quanta Iova & Mosis & Aaronis creator, & majorum vestrorum ex Ægypto reditus autor, tum in vos, tum in maiores vestros beneficia contulerit. Cum migrasset Iacobus in Ægyptum, invocatus a majoribus vestris Iova, Mosem misit & Aaronem, qui illos ex Ægypto eductos in hoc loco collucarunt. Postea ipsius oblitos, emancipavit Sifarræ duci exercitus Hazoris, tum Palæstinis & Moabitum Regi, a quibus bello vexati sunt. Deinde invocantibus eis Iovam, peccatumque confitentibus, quod eo relitto ^{b)} Baalem & Astartam coluissent: & auxilium contra hostes orantibus, sequere ei servituros pollicentibus, misit Jerobaalem, & Gedanem, & Jephtham, & Samuelem, per quos ita vos ab hostibus vestris undique vindicavit, ut in tuto essetis. ^{c)} Vos vero cum videretis, vos a Nahaso, Ammonitarum Rege, invadi, postulaistis a me, ut mutato rerum statu, a Rege vobis regeliceret: cum Jovam Deum vestrum Regem habaretis. Igitur ecce vobis Regem, quem delegistis,

&

^{b)} Baalem puto Jovem fuisse: Astartam vero Junonem, nam eam sic a Syris (si memini) appellatam scribit Lucian.

^{c)} Et hic ostendit, eis nullam fuisse justam causam, cur Regem postularent, cum haec tenus a Jova sine Rege præclare defensi fuissent.



& efflagitatis; Regem vobis præficit Jova. ^{d)} Si Jovam Deum vestrum reverebimini, eique servietis, & dicto audientes sine contumacia una cum rege vestro parebitis, bene vobiscum agetur. Sin minus, vos & Regem vestrum Jovæ manus impetreret. Jam vero agite, videte, quantum rei Jova jam nunc in oculis vestris faciat. Tritici messis nunc est, quo tempore tonare & pluere in his finibus non solet. Atqui ego jam Jovam exorabo, ut tonet, atque pluat: ut intelligatis, vos in Jovam gravem culpam commisistis, qui Regem vobis poposceritis. Jova, cœli terrarumque Deus, emitte nunc tonitrua, & nimbum, ut hic populus suum peccatum agnoscat. *I.* Ut tonat! ut pluit! heu nos miseros: Supplica pro nobis Jovæ Deo tuo, ne pereamus, qui ad tot superiora nostra scelera hoc insuper adjecimus, ut Regem nobis petereinus. *S. Bono* animo este. Vos quidem ista re graviter peccatis: Veruntamen nolite a Jova deficere, sed eum toto pectore colite, neve desciscite ad vana ista, que neque juvare possunt, neque defendere: sunt enim vanissima. Neque enim destituet Jova populum suum propter sui nominis celebritatem, postquam semel cœpit vos sibi populum habere. ^{e)} Ego quoque absit ut Jovam offendam, aut pro vobis ^{f)} supplicare.

^{d)} Etiam in ea gubernationis forma, quæ contra Dei præceptum instituta est, tamen obedientibus in rebus licitis adest Deus.

^{e)} Caritas etiam santes non temere deserit.

^{f)} Orare Deum & docere populum, officium est vatis.



plicare vosque decente & recta via deducere in
termittam. Tantum Jovām metuite, eumque
vere & tota mente colite, videtis enim quantum
rem apud vos fecerit. Quod si peccatis indul-
gebitis, & vos & Rex vester peribitis.

SENTENTIA.

*Justi homines (qualis fuit Samuel) nemini fa-
ciunt injuriam. Magna est hominum erga Deum
ingratitudo, qui toties, tam fideliter a Deo defensi-
tot beneficiis cumulati, tamen hominem Regem sibi
depositum: digni sane, qui inclementi Regi serviant
quando clementem repudiant. Immensa est Deum
clementia, qui sic ingratos tamen non deserit. Mu-
lta valent apud Deum preces justorum, qui etiam
alieno tempore vel pluviam possint impetrare.*

SORTILEGIVM. I Reg. 14.

ARGUMENTVM.

Saulus Jonathanem filium suum vult occidi, propter gustatum mel contra votum populi. Sed populus eum prohibet occidi.

Saulus, Populus, Jonathan.

Huc adeste omnes populi primates, despicite & conquirite, ^{a)} cuius hodie culpa fiat, ut Deus roganti mihi oraculum non reddat. Nam Jovām ego optimum maximum Israelitarum conservatorem juro, si etiam Jonathan filius meus insuerit, eum esse capite poenas daturum. Vos to-

a) Deus iratus hominum peccatis, eis interdum responsa denegat; hodie per suos etiam Ministros.

